

## capitulum XVIII

- (1) Caesar hac oratione Lisci Dumnorigem, Diviciaci fratrem, designari sentiebat, sed, quod pluribus praesentibus eas res iactari nolebat, celeriter \_\_\_\_\_ (=conventum audentium) dimittit, Liscum retinet.
- (2) Quaerit ex solo ea quae in conventu dixerat. Dicit \_\_\_\_\_ (< liber; adv. compar.) atque \_\_\_\_\_ (< audax; adv. compar.).
- (3) Eadem secreto ab aliis quaerit; reperit esse vera: ipsum esse Dumnorigem, *summa auctoritas* (a), magna apud plebem propter liberalitatem gratia, cupidum *rerum novarum* (b).
- (3a): ablativus \_\_\_\_\_.      (3b): genetivus \_\_\_\_\_.
- (4) Complures annos portoria reliqua omnia Haeduorum vectigalia *parvo pretio* (a) redempta habere, propterea quod *illo licente* (b) contra liceri audeat nemo.
- (4a): ablativus \_\_\_\_\_.      (4b): ablativus \_\_\_\_\_.
- (5) His rebus et suam rem familiarem \_\_\_\_\_ (augeo; inf. perf. act.) et facultates ad largiendum magnas comparasse; magnum numerum equitatus suo sumptu semper alere et circum se habere, neque solum domi, sed etiam apud finitimas civitates \_\_\_\_\_ (< *largus*; adv. = large) posse, atque huius potentiae causa matrem in Biturigibus homini illic nobilissimo ac potentissimo conlocasse; ipsum ex Helvetiis uxorem habere, sororum ex matre et propinquas suas \_\_\_\_\_ (*nubo; supinum I*) in alias civitates conlocasse.
- (6) Favere et cupere Helvetiis propter eam affinitatem, odisse etiam suo nomine Caesarem et Romanos, quod *eorum adventu* (a) potentia eius deminuta et Diviciacus frater in antiquum locum gratiae atque honoris sit restitutus.
- (6a): ablativus \_\_\_\_\_.
- (7) Si quid accidat Romanis, summam in spem per Helvetios regni obtainendi venire; imperio populi Romani non modo \_\_\_\_ (*ex/sine/a/de*) regno, sed etiam \_\_\_\_ (*ex/sine/ab/de*) ea quam habeat gratia desperare.